

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon
pharmaceutico-chymicvm**

Spina, David de

Francofurti ad Moenum, 1700

Praefatio authoris ad lectorem

[urn:nbn:de:bsz:31-127465](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127465)

(o)



PRÆFATIO

AUTHORIS AD LECTOREM.



Uamvis in animum nunquam induxerim nomē meum numero Authorum associare, nescio tamen, quo Fato factum sit, ut, dum in proprium usum Thesaurum aliquem *Pharmaceuticum* ex Proavorum Manuscriptis aliisque *Præcticis* componerem, Bibliopola ad me pervenit, rogitans, ut in bonum publicum Manuale aliquod sive *Lexicon Pharmaceuticum Medicis & Pharmacopœis* utilissimum conficiam ; cui ipsius petito, an à me satisfieri debeat, diu anceps hæsi, tandem tamen Bibliopolæ gratificaturus, potissimum verò ad Reipublicæ litterariæ medicæ incrementum promovendum

(*) 2

lum

PRAEFATIO AUTHORIS

dum manum operi præterito hyeme ad-
 movi, in eum videlicet finem, ut Respu-
 blica nostra medica Dispensatorium
 aliquod acquirat completissimum in
 compendium redactum, quod re ipsa
 nihil aliud est quàm Extractum omni-
 um Pharmacopœarum & Experientif-
 simorum praxique clarissimorum Me-
 dicorum, in specie composita continet.
 Avi mei, quondam in Academ. Heidelb.
 Med. Profess. ordin. aliquot Elect. &
 Princip. Archiatri, tandemque civitatis
 Francofurt. Physici & Practici Primarii,
 cujus medicamina Polychresta selectiora
 hæctenus occultata in lucem nunc simul
 prodere hac occasione volui.

Conflatum etenim est Lexicon hoc
 Pharmaceutico-chymicum ex copiosif-
 simis compositis tam usualibus quam
 aliis ex Authoribus Practicis præstantif-
 simis petitis, nec non ex corpore Phar-
 maceutico Domini Physici Jüngken ante
 paucos annos in lucem edito desumptis,

bre-

AD LECTOREM.

breviter extractis & huc quasi transplan-
tatis, opus revera orbi litterario medico
omnibusq; medicinæ Studiosis perquàm
utile, medicis Practicis verò Pharmaco-
pœis & chirurgis summè necessarium, in
quorum omnium gratiam ad eorum
commoditatem maximam in itineribus
opus hoc concinnatum prostat ; quin
imo compendium hoc Pharmaceuti-
cum, in quo cuncta composita usualia &
alia Practicorum optima medicamina
continentur, vade meum aliquod est,
quod Practicis ubique ad manus esse
potest, etiam extra musœa sua existi-
bus ; nam quod militi arma & varia
instrumenta bellica præstant , hoc
medico Practico manuale hoc efficere
potest, ex quo tanquam Promptuario &
Armamentario completo pro necessita-
te , varia quæ lubet depromere potest
Pharmaca ad morbos debellandos
quam maxime necessaria :

Medico Practico itaque & Pharma-

(*) 3

co-

PRÆFATIO AUTHORIS

copæo, Manuale hocce ad manus habē-
 ti, non opus est, ut jam tot aliàs cele-
 berrima evolvat Dispensatoria vel
 Pharmacopœas, quales sunt *Augustana,*
Norimbergensis, Londinensis Amsteloda-
mensis, Brandenburgensis, Bruxellensis, Ul-
trajectina, Hagiensis, Persica & Bateana,
 neque tot opera Practica Authorum
 ceteroquin Experientissimorum consul-
 lat, ex quibus tamen omnibus optima
 quæque fideliter excerpta sunt medica-
 mina ad omnes casus & morbos, qui
 contingere possunt, utilissima; non enim
 reperiuntur hic medicamenta obscuri
 alicujus medicastrī, non ex circumfora-
 neorum vel agyrtarum aliorumque
 impostorum temeraria & vagabunda
 praxi, vel vetularum quarundam ine-
 ptis observatiunculis petita sunt,
 γὰρ ἔ τὰ Φάρμακα τῆς φύσεος δηλη-
 τήρια, μὴ τὰ Φάρμακα τῶν νόσων
 ἰατρικὰ, quoniam non hic sunt venena
 natu-

AD LECTOREM.

naturæ summè nociva ejusque œcono-
 miam animaleam destruentia, sed mor-
 borum curativa illosq; radicitus extir-
 pantia remedia, cum inutilis non sit fa-
 cta corrasio compositorum quorundam
 periculorum & incertorum, sed sele-
 ctissimorum solummodo, & multiplici
 experientia comprobatorum medica-
 minum, ex optimis, qui unquam vixe-
 runt & adhuc vivunt, Expertissimis,
 Practicis desumptorum, quales sunt
Avicenna, Brunnerus, Bontekoe, Crollius,
Glossæus, Craan, Charas, Dorncrelius, De-
ckerus, Dolæus, Eisenmengerus, Ettmülle-
rus, Fischerus, Francus, Fausius, Helmonti-
us, Hoffmannus, Horstius, Hartmannus,
Jüngken, Langius, Lemery, Ludovici,
Mœbius, Maets, Marggravius, Minde-
rerus, Michaelis, le Mort, Minsichtus,
Poterius, Platerus, Quercetanus, Rulan-
dus, Riverius, Rolfincus, Regius, Renodæus,
Sennertus, Schræderus, P. de Spina, Sylvius,
Schæfferus, Timaus, Willisius, Wedelius,

(*) 4

Wei-

PRÆFATIO AUTHORIS

Weickardus, *Würtzius*, *Waldschmid*,
Zwelfferus aliique, qui quot sunt
viri Doctissimi, tot sunt oracula me-
dica.

Medico autē Practico tali sic instructo
Armamentario Pharmaceutico ex dictis
Authorib. Excellentiss. confecto, non ex-
pavescendi & pertimescendi sunt morbi
nonnunquam sævissimi, nec non vulne-
ra & ulcera facillime lethalia, sed ille po-
tius è contrario etiam horrendis vene-
reis contagiosis & pestilentialibus resi-
stere potest affectibus, nec ipsis pernici-
osissimis venenis exceptis, citissime sæpe
vitæ filum abrumpentibus: Notandum
tamen hic est, manuale hoc non propter-
ea confectum esse, ut jam ipso Corpore
Pharmaceutico chymico Domini *Phy-
fici Jüngken*, (ex quo partim composita
in hoc manuali contenta translata sunt,)
non indigeamus, sed sciendum, manuale
hoc sine dicto corpore esse non posse,
sed ipsum velut umbra corpus necessa-
rio

AD LECTOREM.

riò sequi debere; in Corpore enim domi-
ni Jüngken, quod bene observandum,
prolixius de modo compositionis, dosi
& usu remediorum agitur, quin etiam
interdum accedunt annotationes, non
sine utilissima ipsius compositi censura;
hinc in fine medicaminum illorum, quæ
in corpore *Pharmaceutico* continentur
semper pagina seu locus, ubi in Corpore
inveniri possint, videre licet, ubi littera a
partem vel sectionem priorem, b poste-
riorem denotat.

Accipe itaque, Lector Erudite, præ-
sens hoc utilissimum Manuale Lexicon,
tale videlicet quod ex meris compositis
Polychrestis, *Laudanis*, *Prophylacticis*,
Alexiteriis, *Theriacalibus*, *Bezoardicis* &
Alexipharmacis, id est, medicamentis
multarum & laudabilium virium, quin
imò virtutibus venenis efficaciter con-
trariis præditis confectum est, & si beni-
gnius te favere deprehendâ, à me semper
alia in Reipublicæ litterariæ medicæ in-

(*) § cre-

PRÆFATIO AUTHORIS AD LECTOREM.
crementum in lucem producenda opera
ulterius expectare poteris. Hisce te Di-
vinæ commendo tutelæ, me autem tuo
favori. Faxit Deus, ut omnia cedant in
Nominis sui Gloriam, tuum, Lector
*Pharmaceutice, emolumentum, &
Proximi sanitatem!*
Vale.



ACE-